caretur latitudo et intensio longitudo. Verumtamen quia extensio est manifestior et palpabilior, ut ita loquitur, et prior cognitione quo ad nos quam sit intensio, et forsan quo ad naturam, ideo non obstantibus predictis ipsa extensio secundum communem usum loquendi attribuitur prime dimensioni, scilicet longitudini, et intensio latitudini. Et quoniam differentia huiusmodi impositionis seu improprietas vocationis nichil facit ad rem sed utroque modo potest idem exprimi, volo sequi modum communem ne propter locutionem inconsuetam illa que dicam minus leviter intelligantur. Extensio igitur qualitatis in nomine dei vocetur eius longitudo et intensio ipsius vocetur latitudo sive altitudo. Sed qualitercunque sit, patet ex dictis quod quidam moderni non bene vocant latitudinem qualitatis ipsam totam, sicut abusio esset per latitudinem superficiei intelligere totam superficiem vel figuram. Nam quemadmodum alique latitudines superficierum sive figurarum inequalium sunt equales ita similiter, sicut postea videbitur, multe latitudines qualitatum inequalium sunt equales aut etiam econverso.

[I.iv] Capitulum 4^m de quantitate qualitatum

Cuiuslibet linearis qualitatis quantitas ymaginanda est per superficiem cuius longitudo seu basis est linea in subiecto quali protracta, ut dicit precedens capitulum, et cuius latitudo seu altitudo designatur per lineam super basim predictam perpendiculariter erectam secundum quod ponit capitulum

15 intensio: intensio vocaretur *N* / Verumtamen *APCE* verum *BVFMSG* verum est tamen *LND* / quia: quod *LND* / extensio: intensio *LND*
16 et^2 *om. S* / prior: peior *G*
16–17 quam sit intensio *om. D*
17 intensio: extensio *N* / et *om. AP* / ideo: et ideo *FM* ergo *D* / ipsa *om. AP*
18 usum: modum *AEP*
19 scilicet: et i. (id est?) *V* / longitudo *S*
19–22 Et...intelligantur *om. D*
19 Et: Sed *F* / quoniam: quia *AEP* / quoniam differentia *tr. L* / differentia: natura *FM*
20 huiusmodi: huius *B(?)VFM* / seu: vel *AEP* / proprietas *VFM* / vocationis: locationis *P*
21 ne: nec *L*
22 locutionem: modum loquendi *AP* loquationem *B* / inconsuetum *AP* / illa: ista *N* / intelligitur *N*
23 igitur: enim *V* ergo *S* / dei: domini *NFM*
23–24 eius...vocetur: ipsius *A*
23 eius *om. D*
24 ipsius: eius *LS et tr. S ante* intensio / ipsius *tr. G ante* latitudo / vocetur *ENPFM om. D* vocatur *L* dicatur *BVSCG* / latitudo sive altitudo: altitudo vel latitudo *P* / sive: seu *ED* vel *AP*
24–29 Sed....econverso *om. D*
24 sit *om. N* / ex dictis *om. V*
25 bene vocant *tr. A* quidem bene vocant *S*
26 esset: est *PLN* / latitudinem superficiei *tr. N* / intelligere...superficiem *om. S*
27 vel: sive *FM* aut *A* / Nam quemadmodum: non quemadmodum *S* quia sicut *AEP* quia quemadmodum *N* / alique: quedam *FM* / alique latitudines *tr. V* / sive: aut *A* vel *LP*